

lanceolatis, quinto bifido. Coma in spica tua videtur erecta, in indica et surinamensi patens et reflexa. Differt etiam Tua spica admodum oblonga, quae in meis brevis est et latior quam longa.

Schoenus aculeatus har afwer jag haft, i blomma denna sommar arligt af Camerario aflagen han har wist 2^{ne} stamina. Men denna ei kunne föras under Anthoxanthum, at ei multiplicem genera.

Umbellifera in paludosis Sison inundatum minime est. ni fallor hanc pluries vidi, et semper sumsi pro Sii nodiflori speciminibus pygmaeis a copia in paludibus ortis et fere suffocatis. Videntur nunc satis distinctae.

Debeo Tibi V. A. immortales grates pro innumeris plantarum speciminibus quibus me beare voluisti.

Ups. 1775, d. 12. Octobr.

Car. v. Linné.

Geranium triste est v. ejus varietas.

Lacerta Tua forte Salamandrac varietas, quod impri-
mis judico a poris ejus capitisi.

Sciurus Glis, quomodo lac furatur.

Forte Curcuma longa, erit diversa species a C. rotunda,
quod dubitaveram nuperis observationibus inductus.

87.

Salix A. impossibile est dicere, cum planta nimis te-
nella, nec adultior.

Salix B. retusa omnino est.

Salix C. Salicem hanc habui e Pyrenaeis sub nomine
Salix repens, foliis ovatis utrinque hirsutis sericeis. quae
Salix glauca spec. pl. 1446. *Flor. lapp. t. 8. f. P.*

Salix D. *Salix myrtilloides* Fl. lapp. t. 8. f. K.